Morbio 30 (23)

PHILIPPVS Dei gratia Rex Castellæ, legionis Aragonum vtriusq; Siciliæ, Hierusalem, Portugaliæ, Nauarræ, necnon Indiarum etc. Archidux Austriæ, Dux Me-
diolani, Burgundiæ, et Brabantiæ, Comes Habspurgi, Flandriæ, et Tirolis etc. Recognoscimus, et notum facimus tenore præsentium vniuersis. Benemeritis præmia conferre Regium munus est, et à præclaris Principibus maxi-
me probatum, vt ita, et illi laborum ſuorum mercedem consequi, et hi tam liberalis quam iusti Principis nomen ſortiri, aliisq; ad obsequia grata præstanda allicere videantur. Quo fit, vt cum ante oculos geramus magnifici fi-
delis nobis dilecti Bernabouis Barbouij militum magistri ſingularem fidem, deuotionem, ingens perpetuumq; ſtudium, et indefesum animum, quibus per viginti, et amplius annorum curriculum ipse nobis inseruierit in
varijs bellorum expeditionibus, quæ pro tempore tam in Flandria Portugalia, Italia, et Burgundia se obtulerunt, præsertim in expugnatione Mastrich vbi adeo fortiter pugnauit, vt grauiter vulneratus remanserit
necnon in Pedemontio gallis in Italiam descendentibus tam strenuè animoseq; in oppugnatione Isiliæ [illegible]ando, vt cum Hispanorum, et Italorum hominum peditum regimen ipsi curæ esset, eo virtutem industriamq;
ſuam bellicam dictum oppidum captum verè dici possit. Eandem quoq; fortitudinem, et animi robur in expugnatione Bricherasij ostendit. Postremò in omnibus Burgundiæ expeditionibus ita se gessit vt non minora virtutis
et inuicti animi argumenta ediderit, Nullos demum pro nostro obsequio sumptus, nullos labores, vitæq; discrimina ſubterfugit, et talia tam præclaraq; suæ in nos fidei, atq; deuotionis præstitit documenta, vt magno
omnium aplausu, nraq; approbatione quater noster magister militum creari meruerit. Volentes itaq; tantorum obsequiorum ſuorum, necnon duorum fratrum in bello etiam ab eis strenuè, et fideliter nobis præstitorum
donec ambo in Flandria acriter pugnantes ab hac vita desceserunt, aliquod beneuolentiæ, gratitudinisq; ſignum ostendere, eidem pensionem annuam quingentorum scutorum concedere decreuimus. Tenore igitur præ-
ſentium de certa scientia, Regiaq; et Ducali auctoritate nra deliberatè, et consultè, ac ex gratia speciali maturoq; sacri nri ſupremi consilij accedente deliberatione dicto Bernaboui Barbouio dictâ pensionem annuam
quingentorum scutorum vita ſuâ durante, ac dum de nra mera, et libera voluntate processerit, ſeu de æquiualenti compensatione illi à nobis prouideatur. Qua data præsentem nram concessionem, et gratiam cassam irritam, et
inanem esse decernimus, ſuper quibuscunq; iuribus, prouentibus, ſeu emolumentis nræ Regiæ et Ducalis Thesaurariæ a die vigesima secunda mensis martij huius præsentis et infrascripti anni millesimi sexcentesimi secundi
in posterum per eum ſeu eius legitimum procuratorem habendam, percipiendam, et exigendam damus donamus concedimus, et elargimur. Ita quidem vt à prædicto die in futurum singulis quibusq; trimestri ad ratam quartæ portionis dictus Ber-
nabos Barbouius noster Militum magister prædictam quingentorum scutorum annuam pensionem percipere possit, et valeat. Mandantes propterea Illustri Gubernatori nro præsenti, et futuris Præsidi, et Senatui Præsidibus
et Magistris vtriusq; magistratus Thesaurario nro generali cæterisq; officialibus, et ſubditis nris Mediolanensis dominij ad quos spectat, et spectabit, vt prædicto Bernabovi Barbouio ſeu eius legitimo procuratori ipsius
nomine, dictam quingentorum scutorum annuam pensionem soluendam, et numerandam curent omni remota exceptione, et impedimento. Hasq; nras inuiolabiliter obseruent, et exequantur, obseruariq; et exequi faciant
per quoscunq;. Harum testimonio literarum manu nra subscriptarum, et sigilli nostri appensione munitarum. Datq; in cœnobio diui Laurentij die decima mensis Junij Anno à Natiuitate Domini Mille-
simo sexcentesimo secundo.

Yo el Rey

Simon [illegible]

[illegible] Regiæ [illegible]

V.t Lanz R.s

V.t Celestris R.s

N.t Don Hier.o Funes Muños Cons.or [illegible]

R.ta in libro Priuilegiorum anni 1602 exist.s
in canc.ria secreta sub G. fol: 126 —
Alex. Alifer Coad.r

Registratus fuit in libro priuilegior. anni 1602
existen penes me infrum Reg. Duc. Cam.æ
Rationarem fo. 139

Balthassar [illegible]

MDCII die XVI octobris
Unus ex ... fiscalibus
videat et usum suum subjiciat
... senatus super petitione
approbatione deliberabit.

Alex. Bouring

Morbio 30 (23)

XXXI 2

23 / 1602 10 Jun.
Philipp III von Span.
zu Gunsten des Bar...
... Barbonius

Morbio 30 (23)

N

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1881091414-12/fragment/page=0002

Ad mandatum Regiae et
Catholicae Maiest.is proprium
Joannes Morante de la Madrid

V.t Lanz R.s

V.t Celestris R.s

N.t Don Hier.o Funes Munos Cons.or gtis

V.t Mainoldus R.s

Morbio 30 (23)

PHILIPPVS Dei gratia Rex Castellæ, legionis Aragonum vtriusq Siciliæ, Hierusalem, Portugaliæ, Nauarræ, necnon Indiarum etc. Archidux Austriæ, Dux Me-
diolani, Burgundiæ, et Brabantiæ, Comes Habspurgi, Flandriæ, et Tirolis etc. Recognoscimus, et notum facimus tenore præsentium vniuersis. Benemeritis præmia conferre Regium munus est, et à præclaris Principibus maxi-
me probatum, vt ita, et illi laborum suorum mercedem consequi, et hi tam liberalis quam iusti Principis nomen sortiri, aliosq ad obsequia grata præstanda allicere videantur. Quo fit, vt cum ante oculos geramus magnifici fi-
delis nobis dilecti Bernabouis Barbouij militum magistri singularem fidem, deuotionem, ingens perpetuumq studium, et indefessum animum quibus per viginti et amplius annorum curriculum ipse nobis inseruierit in
varijs bellorum expeditionibus, quæ pro tempore tam in Flandria Portugalia, Italia, et Burgundia se obtulerunt, præsertim in expugnatione Mastrich vbi adeo fortiter pugnauit, vt grauiter vulneratus remanserit
necnon in Pedemontio gallis in Italiam descendentibus tam strenuè animoseq in expugnatione Isilie [illegible] ando, et cum Hispanorum, et Italorum hominum peditum regimen ipsi curæ esset, ob virtutem industriamq
suam bellicam dictum oppidum captum verè dici possit, eandem quoq fortitudinem, et animi robur in expugnatione Bricherasij ostendit. Postremò in omnibus Burgundiæ expeditionib. ita se gessit vt non minora virtutis,
et inuicti animi argumenta ediderit. Nullos demum pro nostro obsequio sumptus, nullos labores, vitæq discrimina subterfugit, et talia tam præclaraq suæ in nos fidei, atq deuotionis præstitit documenta, vt magno
omnium aplausu, nraq approbatione quater noster magister militum creari meruerit. Volentes itaq tantorum obsequiorum suorum, necnon duorum fratrum in bello etiam ab eis strenuè, et fideliter nobis præstitorum
donec ambo in Flandria acriter pugnantes ab hac vita decesserunt, aliquod beneuolentiæ, gratitudinisq signum ostendere, eidem pensionem annuam quingentorum scutorum concedere decreuimus. Tenore igitur præ-
sentium de certa scientia, Regiaq, et Ducali auctoritate nra deliberatè, et consultè, ac ex gratia speciali, maturoq sacri nri supremi consilij accedente deliberatione dicto Bernabouij Barbouio dictã pensionem annuam
quingentorum scutorum vita sua durante, ac dum de nra mera, et libera voluntate processerit, seu de æquiualenti compensatione illi à nobis prouideatur, Qua data præsentem nram concessionem, et gratiam cassam irritam, et
inanem esse decernimus, super quibuscunq iuribus prouentibus seu emolumentis nræ Regiæ et Ducalis Thesaurariæ a die vigesima secunda mensis martij Iulias præsentis et infrascripti anni millesimi sexcentesimi secundi
in posterum per eum seu eius [illegible] quidem vt à prædicto die in futurum singulis quoq trimestri ad ratam quartæ portionis dictus Ber-
nabos Barbouius noster [illegible] et Senatui Præsidib.
et Magistris vtriusq ma[illegible] procuratori ipsius
nomine, dictam quingent[illegible] exequi faciant,
per quoscunq. Harum [illegible] Domini Mille-
simo sexcentesimo secun[illegible]

PHILIPPVS .III. DEI GRATIA
Hispaniarum, Vtriusque Siciliae etc. Rex, et Mediolani Dux II. etc. Petita à Senatu nostro nomine Magnifici Bernabouis Barbouij ma-
gistri militum approbatione annexi diplomatis, quo illum donauimus annua pensione scutorum quingentorum in hoc dominio nostro Mediolani, Senatus
uiso fisci responso, quo se remisit, attentis benemeritis ipsius magistri militum, et omnibus maturè perpensis, ipsum diploma approbatione dignum esse
iudicauit, cum hac ~~tamen~~ conditione, ut nulla fiat assignatio super re certa, aut loco in praeiudicium assignationum iam factarum. Cuius ordinis nos
quoque uotum probantes, harum serie illud cum recitata conditione approbamus, et confirmamus. Mandantes omnibus, ad quos spectat, spectabitue, ut
illud inuiolatè seruent, et seruari faciant. In quorum fidem praesentes sigillo nostro munitas fieri, et registrari iussimus. Mediolani die XXX. Octobris.
M. D C II.

Alex.ᵈ Besutius

V.t Lanz R.
V.t Celestris R.
[illegible] Funes Munos Cons. glis.

R.ta in libro Priuilegiorum anni 1602. exist.
in canc.ria secreta sig. G. fol: 126
Alex.r Alifer Coad.r

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1881091414-12/fragment/page=0004